



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Capvt XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)



Dicit Taulerus: Sunt quidam in hac vita, qui imaginibus nimis cito valedicunt, antequam eos veritas ab ijs liberauerit. Et quia ipsi seipfos liberant, ideo vix, aut ne vix quidem, ad veritatē possunt peruenire. Propterea debet semper diligenter animaduerti opus Dei, eiusq; præceptio impulsus, & admonitio: non hominis opus, præceptio, & admonitio.

Iam sciendum est, neminem illuminari posse, nisi prius sit purgatus, mundatus, atq; liberatus. Et porro neminem cum Deo vniri posse, nisi prius illuminetur: itaq; sunt tres vię: prima est purgatio, altera illuminatio, tertia vnitio.

## CAPVT XIII.

Quicquid in Adamo interiit atque mortuum est, id in Christo resurrexit et reuixit. Quicquid in Adamo resurrexit & reuixit, id in Christo interiit & mortuum est. Quid verò est id? Dico esse veram obedientiam, & inobedientiam. Quid est autem vera obedientia? Dico hoc esse: Debet homo vsque adeò planè sine seipso, & suis, hoc est sine ipsitate,

*Tauler-  
rus.*

*Ad pa-  
cem gra-  
dus tres.*

*Adamē  
lapsus, et  
Christi  
correctio  
Ro. 5. d.  
Obedien-  
tia quid  
sit.*



T H E O L O G I A

& egoitate (vt ita loquar) consistere atque esse, vt seipsum & sua non magis querat et æstimet in omnibus rebus, quàm si non esset: & seipsum non magis sentiat, seq; & sua (itemque omnes creaturas) non pluris faciat, quàm si non esset. Quid igitur est, id quod est, & quod in pretio habendum est? Dico id esse duntaxat vnum, quod nominatur deus. atque hæc est vera obedientia in veritate: atq; ita fit in beata æternitate, vt in ea nihil quærat, æstimetur, aut ametur, nisi illud vnum: nihil item in pretio habeatur, nisi idem vnum.

*Inobediētia.*

Hinc percipi potest, quid sit inobediētia, videlicet q̄ homo sibi aliquid tribuit, seq; putat esse, scire, & posse aliquid, & seipsum, et sua in rebus quærit, seipsum amat, & similia.

*Rom. 5d.*

Ad verã obediētiã fuit, & est homo cõditus, eãq; Deo debet: atq; hæc obedientia in Adamo periit et mortua est, et in Christo resurrexit et reuixit. Inobediētia verò in Adamo surrexit et vixit, et in Christo mortua est: & sanè humanitas Christi, ita profum sine seipsa, & sine omnibus fuit constititq; vt nulla vnquã creatura sic



fic constiterit: fuitq; nihil aliud, quã dom<sup>o</sup> quẽdam, siue habitatio Dei. ac quicquid Dei erat, & q̄ illa humanitas erat, et viuebat, et quẽdã Dei habitatio erat, horũ nihil sibi v̄dicauit illa: ne ipsã quidẽ diuinitatẽ sibi v̄dicauit, cui<sup>o</sup> habitatio ipsa erat, neq; q̄c quã eorũ, q̄ diuinitas illa in ea volebat aut nolebat: neq; quicquã q̄ in eadẽ humanitate vnquã acciderũt, aut tolerata sunt. Sed in humanitate nulla erat nec arrogatio, nec quẽsitio, aut cupiditas, nisi dũtaxat quãsitio siue cupiditas, quo pacto diuinitati satisfaceret. Atq; eam ipsam cupiditatem non sibi tribuebat humanitas.

De hac sentẽtia non possunt hoc loco plura scribi, aut dici: est enim ineffabilis, nec vnquã penitus explorata fuit, nec vnquã prorsus exprimitur: est enĩ eiusmodi, vt dici, scribiq; nequeat, nisi ab eo qui id ipsum est & nouit.

CAP. XIII.

**H**Oc quoq; animaduertendũ est: **C**ũ sit veteris & noui hominis m̄tio, sic res intelligẽda est. Vetus est Adamus & inobedientia, ipsitas, egoitas, & similia: at nouus homo est Christus & obedientia.

*Vetus et  
nouus  
homo  
quid sit.*

B 6

Cũ